

1542. in Martio, v. Aprili:

Sigismundo I. Regi Poloniae
Bernardus Maciejowski Castellanus
Sublinensis, Andreas Szarnkowski Scholasticus Cra-
viensis Nuntij Regij.
Ad Conventum Piotrowiensem a rege
missi.

Post humilem etc. Accepimus heri se-
renissime Majestatis Vestrae literas, quibus
mandare nobis est dignata, ut negotium
regis Daniae et Palatini Rheni de quo
ad majestatem Vestram serenissima
Regina Maria literis suis praescri-
pserat regi proceribus exponeremus
eorumque sententia ea in re cognita per
primam occasionem Majestatem Vestram
sacram certiore redderemus, qua de
re cum inter suas Dominationes diu
multumque consultaretur, omnes fue-
runt ejus opinionis, et sententiae ni-
hil Majestatem Vestram serenissimam
consultius facere posse, quam ut Ducem
Prussiae Gedanum reliquasque Civi-
tates litteris suis premoneat, ut
cum eorum petissimum intersit, ne
navigatio ad orientales regiones in-
tercludatur, ut auctoritatem et
petitionem suam, similiter majestas
Vestra serenissima per suos nuntios
apud regem Daniae interponat, ne

hisc



hisce turbulentis et periculosis tem:
poris quicquam in animum ^{facere} inducant,
quod et universae Reipublicae (Chri:
stiane et subditis Vestrae Majestatis
perniciosum esse cernetur, haec eadem
ipsa de re universus Majestatis Ve:
stra Ser. Senatus, simul alijs cum
rebus uberius perscribet, reliqua o:
mnia Deo sit gratia recte et pro:
spere successerunt. Contributio per
grossos Duodecim concessa est ab Nun:
cij Ferrarum reliquos omnes arti:
culos nomine Majestatis Vestrae Se:
renissime per nos propositos in prospe:
rum et felicem Majestatis Vestrae
Serenissime in Poloniam reditum
regni Proceres, et Ferrarum Munitij
constulerunt, quemadmodum maje:
stas Vestra Serenissima ex legatio:
ne Dominorum Consiliariorum paulo
post laius intelligit, felicissime va
leat sacra majestas Vestra cum o:
mni prosperitate ad multos annos
felix, et incolumis (suis Clementia)
Nos et servitia nostra perpetuo com:
mendamus. Datum Piotrovia Sabbat:
o proximo Ante Dominicam Setare. 1542.

Servitores

Bernardus Maciejowski Castell. Subling.
Andreas Szarnkowski Scholasticus
Craoviensis.